

Der liber constructionis monasterii ad s. Blasium.

123

per\* a beato Rusteno, abbate sancti Blasii, constructum fuit. Idda autem mater et Himeltrut filia [fol. 35<sup>b</sup>] contulerunt se in Sizenkilch coenobium\*\*, quod ipsae suis sumptibus construxerant. Se autem cum ipso coenobio contulerunt abbati et conventui, obedientia se cum posteris aeterna vincientes. Cellam vero Bürglen, quam venerabilis pater dominus Bertholdus abbas in suo praedio fundavit, dicto Wernhero iuniori ipsum coadiuvante, maxime autem vitae<sup>1</sup> merito, videlicet regulae ordinis et totius humilitatis devotissima observatione deum et locum intus et exterius honoravit. Hic pro statu loci et honore et utilitate semper sollicitus fuit, et in omnibus, quae loco adversitates occurrerunt, quasi murum consilio et adiutorio se opposuit. Wernherus igitur cum Idda uxore filii ac filiabus, scilicet ramis magnae viriditatis ac fructiferis praecipua quadam dulcedine contemplativae vitae\*\*\*, in qua cum Maria Magdalena nullis saeculi occupationibus occupati iugum domini suave ac onus leve ferentes †, licet maceratione corporum se affligerint, laeto animo puppis persistebant, attendentes illud apostoli: †† „non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.“ Sicque post dulcissimum sanctae vitae fructum, felici commercio, non moriendo, quasi dicendo, sed vitam mutando a laboriosa aerumpnosa<sup>2</sup> et per omnia despicienda vita debitum carnis solventes magno cum gaudio, ut credi fas est, ad gaudium omnium electorum translati dulcissimis fructibus aeternae iocunditatis perfruuntur.

—47. [Miracula s. Blasii. Heinricus mercator Basileensis †††.] [Um 1250\*†.] Quidam dives mer-

cator Basileae civitatis, nomine Heinricus<sup>1</sup>, solebat merces huius provinciae in<sup>2</sup> transmarinas partes\* venditioni exponendo transferre, comportando mercimonia in partibus<sup>3</sup> illarum provinciarum, prout utilitas requirebat. Erat enim vir magnae providentiae, non solum suae consulens utilitati, sed multorum merces [fol. 36<sup>a</sup>] transvectavit<sup>4</sup>, mari ac venditioni exposuit<sup>5</sup> et merces illarum provinciarum comportavit<sup>6</sup>, sicut adhuc moris est illorum, qui peragrando maria diversis mercimoniis onustas naves littoribus provehunt, et suis mercibus partes nostras laetificare consueverunt, eo quod partes nostrae omnino careant speciebus aromaticis, scilicet pipere et aliis radicibus<sup>7</sup>. Sic honorabilis hic mercator cum maria sulcando ordinatis mercibus ad loca debita proveheret<sup>8</sup>, ipse cum multis aliis, secum in navi existentibus, naufragium passus est, ita ut in extrema mortis necessitate se positos<sup>9</sup> omnes formidarent, nulla spe vitae existente. Cumque omnes prae nimio timore, quasi in ecstasi<sup>10</sup> iacerent, nihil sentientes nisi mortis periculum, et supra dictus Heinricus in rostro puppis<sup>11</sup> prae nimia anxietate quasi dormiens iaceret, statim in venerando habitu magnae venerationis virum aspexit. A quo appellatus sic audit dicentem sibi: „heu tu, o homo, quid sompno deprimeris? nonne vides, in quanto periculo positi estis?“ adiecitque dicens: „si dictis meis obtemperaveris, et te et omnes tecum existentes per gratiam dei de periculo mortis liberabo.“ Et ille: „quis ergo es, domine mi?“ „Ego sum sanctus Blasius, patronus coenobii, in Nigra Silva siti<sup>12</sup>; nosti ergone

<sup>1</sup> vice, Hf. <sup>2</sup> erupnosa, Hf.

\* Übermals eine chronologische Ungenauigkeit, welche beweist, daß der Verfasser nicht gleichzeitig ist, denn Berau wurde 1117 eingeweiht und 1125 trat Ida in's Kloster daselbst ein.

\*\* Auch hierin sind Irrthümer, es soll Idda filia heißen, diese trat in Sizenkilch ein. Himmeltraut aber heirathete, wie oben nachgewiesen ist, sie könnte nur als Witwe in's Kloster gegangen sein. Der Verfasser schrieb jedenfalls längere Zeit nach 1125.

\*\*\* Dieser Ausdruck kommt auch in der Adelhauser Chronik der Anna von Muzingen 1254—1317 vor. Man darf daraus schließen, daß der Verfasser obiger Stelle nicht sehr lange vor 1254 schrieb.

† Matth. 11, 30.

†† Römer 8, 18.

††† Handnoten Herrgotts.

\* Die Gründe, welche veranlassen, diese Kapitel 47 und 48 in die Mitte des 13. Jahrhunderts zu setzen und für einen Zusatz zu erklären, sind folgende: Im 12. Jahrhundert gab es wahrscheinlich noch keine Kaufleute in Basel, die selbst nach der Levante fuhren, auch kann in diesem Jahrhundert St. Blasien nicht in

<sup>1</sup> Die Hf. setzt qui nach Heinricus, was die Construction stört. <sup>2</sup> in, fehlt in der Hf. <sup>3</sup> partium, Hf. <sup>4</sup> transvectatae, Hf. <sup>5</sup> expositae, Hf. <sup>6</sup> comportatae, Hf. <sup>7</sup> die Hf. setzt hier bei quibus egent partes nostrae, was eine unnötige Wiederholung von: partes nostrae careant ist. <sup>8</sup> provehenda, Hf. <sup>9</sup> se positos steht nach formidarent, Hf. <sup>10</sup> extasi, Hf. <sup>11</sup> pupis, Hf. <sup>12</sup> situm, Hf.

Geldnoth gewesen sein, da gerade im 12. Jahrh. die meisten Schenkungen dahin gemacht wurden. Endlich ist von einer Geld- und Creditkrise, welche die Klöster betroffen haben soll, im 12. Jahrhundert nichts bekannt. Aus dem 13. und 14. Jahrhundert kennt man aber am Oberrhein folgende Geld- und Creditkrisen: in Salem 1245—50, in Schuttern 1255. S. Bb. 3 S. 27, 101, 117, in Reichenau, Gottesau, Schuttern, Fufda 1319—39 und 1349—55, ebend. S. 117, 679 und Zeitschr. f. d. Oberrhein, 10, 73 fig. In's 14. Jahrh. kann man den Heinrich von Basel deshalb nicht setzen, weil die Worte moderno tempore fehlen, welche der Fortsetzer von 1391—1408 stets gebraucht. Der Text ist auch von diesem Kapitel an und besonders in demselben sehr nachlässig und fehlerhaft geschrieben.

\* Nach den unten folgenden Sätzen können nur die Klüften des Mittelländischen Meeres hier verstanden sein.